

## Regnum Mortuorum.

Sermo Politicus.

De projecto levis, et fructuosae Contributionis.

*Elysium Meum 30. Augusti 1808.*

*T e x t u s.*

---

O vos Multiplicatores, et Projectantes!

*Möser de Re Financiali.*

Adjungo me hodie projectantibus, et detegam fontem financiarum, qui pro magna, sicut parva civitate nunquam exsiccabitur; ergo peto patientiam, et attentionem. Hactenus imponebatur onus tributi rebus duntaxat phisicis, ubi tamen spiritus omnia potest, et ipsa objecta phisica dirigit. Omni aetate fuit mens et spiritus idolum gentium, quod populi gratitudine colebant. Nolo ego de magnis mentibus loqui, quae mundo novam dederant directionem, sed tantum de illis, quae in quavis provincia populo solatio fuerant.

Vir quidam celebris ita scribit: Liber, cui titulus: *Till Eulenspiegel*, qui multas fabulas continet, fuerat certe figmentum; et plane incertum est, an Gallicum *Ylen Spiegel* ex Germanico *Eulenspiegel*, aut vicissim traductum fuerit; fabellae illae fuerant semper antiquae, et ob simplicitatem vulgo gratae. Narratur fabella: Mölnii in Ducatu Lauenburgico *Tillium* ita inverse sepultum esse, sicut inverse omnia, dum viveret, agebat; et Cives Möllnenses corpore, et animo credunt, *Tillium* apud eos ab Anno 1350 sepultum esse; et omnis sodalis peregrinans hodie incutit clavum in tiliam, quae super tumulo *Eulenspiegel* stat. Nec hoc singulare videri debet; nam *Cervantis* Roman de *Donquixotte*, et ejus Rosinante hoc ipsum fecit in Hispania, et in *Venta Quasoda* fons hodiedum nomen ejus gerit, ubi ille primas vigilias in armis habuisse traditione fertur. Tantus est magnorum virorum influxus in mores, temperamentum, antiquitates, agriculturam, commercium, theatra etc. ut eorum Poesis evadat traditio, et eis populi monumenta ponant; ita dederant Angli montibus, et viis nomen *Chakespeare*.

Spiritus et mens regit mundum, quamvis rem domesticam, et speculationem. Quid quid homo acquirit, ingenio ejus debetur; ergo ingenio tributum imponendum. Profecto! Anne omnia officia, dignitatesque talibus conferenda essent, quorum ingenium magis excultum, et ad functiones officii prae caeteris aptius est? An non ingenium speculativum etiam in opificio plus promeretur, quam hebes obtusum: Ergo unde fructus provenit, illuc tributum ponendum, — ad fontem. Cuique a natura inest amor sui, cui omnimode satisfacere studet. Quis ergo vellet hebes nominari? quis se altero meliorem esse putat, ideo quisvis ingenium, et intellectum habere velit; et quidem majorem, quam effective possidet. Tributum, si gradatim ad *plus*, aut *minus* applicetur, gradatim crescet, quia quisvis plus esse velit, quam revera est. Quis fons proventuum pro civitate, quae et illud beneficium habebit, quod, sumpto a *quanto contributionali* argumento, meros ingeniosos cives habebit, quia nemo stupidus esse velit, et hic sensus bonus cives etiam ad colendas litteras provocabit.

Hebetes nullam spem habebunt ad officia, et honores, ne quidem Judicis, aut Jurati pagensis; ergo a summo ad imum nullus volet se eximere a contributione rationis, et ingenii; ergo omnes libenter solvent, et quidem plus, quam rationis habent. Juxta calculum amoris proprii apud homines, et secundum notitiam fragilitatum humanarum haec contributio varie modificari potest, et mox conferent homines ingenies summas, ut opinionem stupiditatis evitare possint. Hoc est meum projectum; modificationem ejus relinquo Ministris financiarum; Nunc vero transeo ad novitates Ephemericum.

*Londino:* Catholici Hiberniae novam Parlamento pro sui liberatione exhibuerant Instantiam, cujus tenores circiter sunt: Supplices Catholici Hiberniae exhibent Parlamento, quemadmodum jam Anno 1800 fecerant: se nonnullis restrictionibus subjectos, juribus suis privatos, et plerisque officiis exclusos esse, in quo statu violento nullus alter Suae Majestatis subditus constituitur. Affirmant supplices cum plena confidentia (quod ipsum etiam plures sapientiores Senatores, et Ministri testabuntur) nihil esse seu in moribus eorum, ut civium, seu in doctrina, ut Christianorum, propter quod juribus, quibus alii Suae Majestatis subditi gaudent, excludi mererentur, et asseverare audent, probareque possunt, se seu in devotione erga Suam Majestatem, ejusdemque Augustam familiam, seu in obedientia erga leges, seu in amore Anglicanae Constitutionis, quem illa meretur, nulli subditorum Suae Majestatis cedere.

In praesenti temporum periodo, quae omnem status energiam, cordialemque trium regnorum unionem exposcit,

non poss  
argumen  
rent votu  
legum A  
casione  
veram A  
tum sub  
libertati  
tit, frua  
Actaque  
sanctio  
querular  
quam no  
pientiam  
actorum  
glorum,  
vati sun  
et dum  
etiam es  
mune co  
litate  
nistabile  
cterem?  
ptissime  
nostrae  
majorum  
quimur  
populi p  
nulla ob  
protecti

Ex  
mus cre  
sumus a  
grini su  
berniae  
via tam  
quo sola  
dustriae  
sionum  
polio or  
tur. Nor  
cum Hi  
omnia  
sunt.

Du  
stros ad  
affectus

non possunt Supplicantes majus sinceritatis suae exhibere argumentum, quam si ardentissimum suum palam declarent votum, ut pro defensione Patriae vocentur, et domino legum Angliae postliminio restituantur. Revocant hac occasione in memoriam Parlamento; *Magnam Chartam* esse veram Angliae Constitutionem; Progenitores suos illa tantum sub conditione sedem in Hibernia fixisse, ut omnibus libertatibus et beneficiis, quae haec Charta Magna promittit, fruantur, quod jus complures M. V. Praedecessores, Actaque parlamentaria confirmarunt, quod 600 annorum sanctio stabilivit; contra vero denegatio jurium, de qua querulamur, unius duntaxat saeculi est. Propter hanc iniquam novationem hac illuminata aetate appellamus ad sapientiam; et justiam Parlamenti; oramus pro revocatione actorum, quae rationem maculant, quaeve cum genio Anglorum, et spiritu legum in aperta sunt contradictione. Privati sumus libertatibus, dum adhuc bellum civile gliscebatur, et dum sedes nostrae adhuc instabiles erant; sed an nunc etiam esse debeamus, ubi jam tempus, consuetudo, commune commodum, et firmitas subjectionis nostrae durabilitatem, et plenam procurarunt confidentiam? An unquam instabilem, et ad novationes proclivem ostendimus caracterem? Annon potius nos omnibus ordinationibus promptissime subjecimus, quod vadimonium sufficiens sinceræ nostrae subjectionis esse poterat? Annon traditiones omnes majorum nostrorum fideliter conservavimus? Caeterum sequimur religionem, quae constitutioni, mentique potioris populi partis convenit; religionem, in quam non tantum nulla obiectio cadit, sed potius omnem omnino meretur protectionem.

Excludimur omnibus officiis majoribus; incapaces sumus crediti, honoris, et facultatum aquirendarum, dejecti sumus ad imam societatis classem, et in ipsa patria peregrini sumus. Plus quam quatuor quintae populationis Hiberniae sunt sub proscriptione; et formant populum, cui via tam ad divitias, quam ad honores praeccluditur, et in quo sola recogitatio immeritae sui depressionis omnem industriae spiritum enecat. Sistema tale est semen odii, et scissionum inter duplicem civium classem, quarum una monopolio omnium favorum gaudet, altera ex omnibus excluditur. Non virtus, non merita, non nativitas liberat Catholicum Hiberniae ab oppressione, atque contemptu, et sic omnia beneficia liberae Constitutionis pro nobis perditae sunt.

Dum protectionem vestram imploramus, et oculos vestros ad nos provocamus, loquimur non tam Catholici, quos affectus religionis regit, quam Hiberni, quos spiritus qui-

dam patrioticus ducit, et tanquam amici Patriae, quibus ipse sensus internus dicit, elibertationem nosiri felicitati Patriae arctissime connexam esse. Caeterum plene convicti sumus, et experientia, atque historia probavit, religionem esse duntaxat praetextum, et desiderium monopolii esse unicum fundamentum scissionum civilium, et factionum, quae hactenus hanc infelicem insulam flagellarunt. Intime praeterea convicti sumus, oppressivum hocce, et cum libertate, ac felicitate majoris partis Hibernorum incompatible sistema infaustissimas habere debere sequelas; civis a fide, quam societati debent, avocare, dissensiones generare, ac ipsam Regis securitatem periculo exponere.

Grati equidem confitemur; per sapientiam Parlamenti Hibernici, et ex benignitate Regis, plura, quae nos premebant, jam revocata esse; sed speramus plena cum fiducia ex justitia Regii Parlamenti solennem illam declarationem; quod ex justa consideratione integrae fidei, ac obedientiae Catholicorum Hiberniae, quod illi non ulro juribus suis privandi, ac pro officii inhabiles futuri, sed omnes Regni Inhabitatores iisdem legibus regendi sint. Dum haec scribimus, addimus solennem illam declarationem, nec eminus illam nobis esse mentem, ut clerum Protestantium laedamus, aut vero juribus, privilegiisque, vel proventibus Ecclesiarum quidquam derogare velimus, verum unicum illum scopum habere, ut nos velut fratres habeamur, et ad usum communem privilegiorum constitutionalium, quae communis omnium Anglorum haereditas est, admittamur; Petentes, ut Parlamentum haec in condignam accipere velit considerationem.

### Quid est Historia Mundi?

Est *Roman*, in quo eventus casuales pro praevisis sapientiae, et actus violenti praepotentiae pro jure habentur. Hicce historicus lusus mundi ita mihi apparet, sicut lusus nevrospticus, in quo Sannio pro solatio spectatorum verbibus pulsatur, et pro exemplo obedientiae inter complimenta gratias agit. Illa pars vocatur *historica*; haec autem *pragmatica*.

In a  
Nos  
In c

Ro  
Livius  
historian  
brem ad  
hic ad n  
eram co  
Livius  
Rodern  
cursum p  
in muac  
Livius  
ricus? h  
ram dua  
profecto  
bas, qui  
minus;  
arum. L  
Non; es  
primi. L  
Typogra  
pressa.  
etiam C  
ptorum.  
est. Liv  
rique:  
qui mag  
Livius  
nos Don  
occupav